



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 75. Fœderatos profligandi occasio a Gallo neglecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

**B**acul. XVI. los ad officium redigere possent. His  
**A.C.1523.** tandem expugnatus Pontifex die tertia  
 Augusti adversus Gallos armorum socie-  
 tam iniit cum Cæsare , Anglorum  
 Rege , Ferdinando Austriæ Archiduce  
 Cæsaris fratre , ac Mediolanensium Du-  
 ce , quibus itidem accessere Genuenses ,  
 Florentini , Lucenses , atque Senenses .

### §. LXXV.

#### *Fæderatos profligandi occasio a Gallo neglecta.*

**F**ranciscus Rex potentissimo hostium  
 fœdere minime territus , bellum pro  
 expeditione Mediolanensi parare haud  
 destitit ; quapropter ad Italiæ fines ex-  
 ercitum admovit , jamque ipsus eo con-  
 tendere parabat , cum Camboriti per  
 nuncium literas acciperet , quibus Co-  
 mes de Bossu Guisiæ Gubernator hæc  
 Regi significabat : matura omnino oc-  
 casio tibi potentissime Rex obvenit , qua  
 nullo ferme tuorum militum dispendio  
 Cæsaris exercitum in Belgio profligare  
 poteris ; quidam enim miles præfidiari-  
 ius nomine Livetus Arschotti Duci ,  
 Hanoviæ Gubernatori promisit , se ei-  
 dem , pacta quadam pecuniarum sum-  
 ma Guisiam traditurum , quem in finem  
 Dux iter aggredi , Avennæ jamjam de-  
 crevit : præfatus vero miles Gallis im-  
 mota

mota fide addictus studiose secreta hæc Sæcul. XVI.  
 consilia fovebat, ut Dux eo certius pa- A.C. 1523.  
 ratis sibi laqueis se se involveret. Enim-  
 vero Arschottus copias suas Fiennio Bel-  
 gii Rectori junxerat, qui Terouana ur-  
 be cincta, cum exercitu suo Picardiæ  
 fines petebat, præstitutam proditionis  
 diem præstolaturus. Re comperta Vin-  
 docinensis Comes Picardiæ Gubernator  
 delectu Peronnæ habito septem peditum  
 millia ac quingentos cataphractos colle-  
 git, quos ipse in aciem educens, Cæ-  
 sareos a fronte aggredi parabat, cum  
 eodem tempore Fleurangius Marescal-  
 lus, qui ex Arduenna ditione quinque  
 Leodiensium millia & trecentos Cata-  
 phractos contraxerat, Avennam inter-  
 & Guisiam cum suis procederet, hostem-  
 que a tergo urgeret; ipse etiam Rex vi-  
 toriæ partem habere cupidus, vereda-  
 riis equis vectus Peronnam venit. Ast  
 inopinus ejusdem adventus Cæfareis,  
 detecta esse eorum consilia suspicionem  
 ingessit, quapropter ad castra reversi,  
 Terouanæ obsidionem prosequi cæpe-  
 runt, quam tamen non sine ingenti tu-  
 multu solvere, a Vindocinensi Comite  
 cogeabantur.

Ceterum quamvis Rex Regni sui fi-  
 nes tuendo, vix par esset, minus vero  
 tam potenti foederi nuper adversus se  
 firmato resistendi spem habere videretur,

X 3 proim

*Mem. du  
Bellai l. 2.*

**Saccol. XVI.**  
**A.C. 1522.**

proin nequaquam Fœderatos prohibere posset, quominus ad Mediolanensemditionem, in qua nil nisi Cremonensem arcem habebat, reverterentur, nihilominus, ut hostem arceret, nihil non egit, tam vehementi Ducatum recuperandi desiderio stimulatus, ut cum exercitus sui robore ipsus eo contendere decerneret. Jamjam Lugdunum pervenit, inde in Italiā transitus, nec etiam conceptum exequi consilium desistisset, nisi Borbonii Connestabilis conspiratio tum recens detecta illum e regno suo exire prohibuisset.

### §. LXXVI.

#### *Borbonii Connestabilis indignatio, ejusque caussa.*

*Petr. de An-* Erat Connestabilis secundō genitus  
*gler. ep. 71.* Regii sanguinis Princeps, Gilberti  
*Mem. du* Borbonii Montpenserii Comitis, nec non  
*Bellai l.2.* Claræ Gonzagæ Filius. Pater ejus in  
Neapolis regno, cuius a Carolo VIII.  
Prorex nominabatur, vitam famamque  
amiserat, atque inter tres filios, quos  
reliquerat, natu major ob sinistrum Patris  
fatum immodico dolore correptus,  
super Patris tumulum mortuus corruit,  
natu minimus vero in Marinianensi  
prælio periit: Solus ergo supererat  
Connestabilis nomine Carolus, qui pau-  
lo